



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

36. Caritas erga inimicos benefica, Sinis admirationi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

tebant infensa sibi met beneficentia sollicitudinem, adeo iis nouam. Suspiciebant tamen illam Mandarini & conceptos de Patria virtute, & lege Christiana sensus heroos & sublimes prosequabantur inter se miris encomiis, præsertim Gubernator, fateri solitus, pridem sibi conpertum, Christianorum fas esse nemini odisse odientes; bene autem illis facere ac velle, religione præceptum Christiana, id verò penitus ignorasse, addenique præclarum de caritate Ricci juisurandum, iurabat ab eo tanta pro reis hostibus efficacitate peroratum, ut si foret ab illa defensio emenda, nullo satis argento emi posset; defensioni quoque verborum additas amicorum apud se aduocationes, & patrocinii, quibus tamen ipse pro causa æquitate implacabilis obstituisse, deprecantique Riccio satisfecisset hac admonitione, pulchrè tuas religiosi Europæi partes functus es hactenus, sine meas quoque non inscire Sinensis Iudicis partes agam. Certè Riccius non vni literis gratias Deo agit ob impressam Sinatum animis Christianæ legis pretiolam æstimationem ex eius quam tenebat, & profitebatur excellentia caritatis; cùmque omnium vbiq[ue] in ore verlarentur Sacerdotes, ex magno vi vocant Occidente in Sinas aduenæ, prædicabatur hoc item in Provinciis maximè diffitis inter eorum laudes quod latronibus viginti, plagiis quas ab iis acceperant adhuc hiantibus, remissionem penarum exoraserent, non minus anxie per amicos & tribunalia, operosè procuraram, quam si de vita germanorum fratum quæstio verteretur. Atque hinc etiam contigit, vt Guanciunminus, Hainanæ Insulæ Mandarinus Sciaoco transiens Riccius nosse voluerit, cuius esset late illustris existimatio, sed audita ex Gubernatore latronum causa eiisque exitu, Riccius hominem virtutis heroicæ dignumque honore singulari reip[ublica] censuit, prout licet Nanchinum Praes. Rituum mitteretur, & prohiberetur dignitate officij quenquam inuisere; Riccius tamen bis adiit: multas cum eo noctis horas egit; promisit in aulam cum primum venisset, acciturum se illuc ad emendandos Sinensium Calendarios abacos, in quo velut ad scopulum, eorum Mathematici hærebant. Et verò promissis non stetit modò fideliter, sed quod erat momenti grauioris, hinc etiam factum: vt ad Insulam Hainan Euangeli excolendam nostri operarij mitterentur, de quo suis est scribendi locus. Nondum ij motus posuerant, quibus usque ad annum proxime sequentem exagitatus est Riccius, cum illi durior ut doloris, & patientiæ, ita meriti seges exoritur P. Francisci de Petris obitus magnō suo, ac diuturno labore ad illam Sinatum impeditissimam, & summi arduam missionem formati: nunc enim tertio sudandum sibi cernebat biennio, ad succidaneum quempiam doctrinis Sinensibus, ritibus, & characteribus instruendum, cum duos docendo Almeidz, totidem Francisco à Petris annos insumpisset. Hunc cœli vitio contracta febris vehementissima, paucis diebus ad extrema rededit, & Nouembbris quinto, anno 1593. è medio sustulit; quod in sequentem quartum,

36.  
Caritas erga  
inimicos be-  
nefica, Sinis  
admiratio.37.  
Mors & vir-  
tutes P. Fr. de  
Petris.